

illorum authoritas, qui non ortum Cometæ primum, sed iam adulti uigorem expendunt.

Et ridiculum est quod istic accidit in ipso obseruationis fundamento. Esto: innotescat sine ulla dubitatione prima dies, prima hora, primum quoque momentum apparetis cometæ. Dico id nihil esse, satis non esse, puerile esse. Nam non apparetis uisi articulos tenere, sed ortum, & creationem decet (si tamen hinc sit prodigium) ad ueram uel saltem probabilem prædictionem. Non interdium neque occidete sole, sed hora noctis prima emergentibus astris, Cometa comparet. Et cum primum uidetur id, quod ut dixi, semper fortuito fit, tum primum nasci & incoari existimant. Ne fallimur miselli homines. Emerfus est ille non generatio. Nam stellæ quæ noctu fulgent, absente sole conspicuæ sunt, quæ lumina minora tum splendent cum non officit solis fulgor. Ita in cometa (ni me fallit opinio) fit. Etiam interdium est, & uertitur cum ipso cælo. Sed noctu cum stellis apparet, cum sole procul currente lumina hebetiora conspici possunt. Omnia uerò cum sunt, non cum nobis cæcis occurrunt, naturam suam habent: præsentem uerò ac perfectam naturam, efficaciam uiget. Quæ cum ita esse constet, colligimus, minimè solidam esse Cometarum obseruationem. Labante autem huius rei fundamento, leue esse de ipsa re dubia, res certas, uel timere, uel timendas proponere. Atque hæcenus de prima uelitatione.

Stellaris lumina.

Transitio.

PARS SECVNDA.

Nunc ad contentione grauiorẽ. Neque enim cum Astrologo tantum aut oratore sed, cum Philosopho omnium ætatum principe Arist. disputandum est. Etenim quia isti summo Magistro, credunt ferè omnes, Cometam ex fumis gigni (Gemma tamẽ & Prætorius de ultimo id negat) Videndum, quanta sit Scho-

Cap. I.

Scho.